

1560^o id. Novembriis

Ex Ms. Bibliopulano

525

Littere Mr. Cromeri ad Philip: Radniewski:
epum Cracoviensem.

172
Fuerunt mihi per gratas littere Dni D. U. manu-
scriptae, quas heri accepi, atq' etiam iucunda in
ea parte que indicat comprobari a M^o R^o que
hic inconsulta ipsa non nunquam ago. Equi-
dem tantum in me inpositum est non solum
ad utilitatem verum etiam ad dignitatem et
quo ad conjecturas assequi possum ad volun-
tatem M^o ejus omnia accomodare studebo.
Tam repentinam mutationem ~~ver~~ extitisse in
Gallis mirandum non est, altus est aliquam-
diu morbus in visceribus commiventia regum su-
periorum propter bella, que gessere ut fede-
ratos hereticos animos ase aliquarent. Mut-
ta Germani milites invadere. Plurima impor-
tatio libera Calvinianor' et aliorum hereticor'
librorum. Ita factum est ut quod malum sub-
ductione alui, aut sectione venae, prius curari
potuit nunc sine Divini unctione et sectione mem-
bror' curari non posse videatur. Crudelis medi-
cina fateor? Sed crudelior prepostera illa levitas
aut potius dissimulatio que tantum malum in-
venit perferat' ut illa sit necessaria. Non de-
sunt et ibi clandestini inventores mali, qui
sub specioso pretextu evangelii rem suam a-
gunt et quasi aliud agentes, cunctosq' suos
persequentes in regem necessarium et bene-
merentem, que tueri deberent, animos popu-
larium inieciunt malo demone. Dei permisso,
ut equidem arbitror mentes eorum excitulan-
tes quo celerius luant meritas impietatis
sue penas. Neque enim credibile est Divinum
auxilium iusto magistratu Divinitus insti-
tuto adversus rebelles subditos defuturum esse.
Credebam et ego quidem nostratos non esse
ignoraturos ea que ibi agerentur, a consiliis
suis s. nisi me fallit conjecturas non abhor-
rentia sed cathastrophen fabule et exitum
ij' expectat censeo. eos quidem qui sedent ad

gubernacula

gubernanda mature sibi ac reipublice pro-
 spicere par est, ne qua subita tempestas ite-
 dem nos involvat. Atq; utinam ij parviores
 fuissent, in agendis et ornandis ijs homi-
 nibus quos cum acceptam a majoribus reli-
 gionem deseruisse Deoq; fidem non servas-
 se intelligerent, nec sibi fides semper fore
 existimare debebant. Offeratur magis quam
 molestit beneficium, et humanitate hoc genus
 hominum et metui se putat gaudetq;. Nec
 fallitur fortasse quod ad alios pertinet. Ve-
 stram sane D. Rmā ego non igroro tam
 esse, ut alijs quoq; animam
 addere queat. Nec aliter de Rmo D archie-
 piscopo Fuesui, sentio. Quod si fuit remis-
 sior is hactenus, cum in alio, tum in illo
 homine qui semper extra viam curare soliti-
 tus est, in causa fuit opinor quod illum
 quidem sanari posse molli manu spe-
 rabat, in omnibus vero suspensus exspecta-
 bat qui esset sensus cum antiquis episco-
 porum, tum R. D. M. cum ipse et ab aula
 regia et a Domo provinciaq; sua, peregrin-
 naret, et nequid quod plerumq; inter primo-
 res, et aulicos magis uideret. Deinceps
 omnia nobis spero fore expeditiora quan-
 do vos duo qui principam non modo in ser-
 natu verum etiam in gratia regia, et autho-
 ritate, apud omnes locum obtinetis. Quem admo-
 dum gentilitate, et benevolentia inter vos con-
 juncti estis, ita consilia quoq; inter vos confo-
 ciabitur. Nihil erit sat suo, quod vel intelligentiam
 Rmā effugiat, vel authoritati Rmā non cedat.
 ita ut spes sit levioribus pharmaxis, quam
 quibus Gallia nunc utitur restitutam in Reipob-
 licā sanitatem, et Ecclesie Dei tranquillitatem.
 Bene vale ad D. M. Rmā. Vienna 8 Julii 1560

Archiepiscopus, et Archiepiscopus, et Archiepiscopus, et Archiepiscopus.